

11

ecclesia opida terras & territoria ciuitates & similes habuit ab imperio. c. constantin^o. xcvi. distin. habetur in cle. i. de iure iuri. in. c. fundamenta. o ele ctio. lib. v. ergo apud imperium remanserant reliquie antiqui dominij in illis terris & ciuitatibus & territorijs arg. l. fi. in v. re memoriaz prioris dignitatis. ff. de decur. sequitur q respectu illarum reliquiarum poterit imperator citare in terris ecclie ro. Simile dixit Barto. in. c. quanto de iudi. q ius patronatus est mixtum quia partim est spiritualis partim temporale. vt late ibi dixi ex eo q: habuit originem a re prophana ipsius layci. ideo si memoriam pristine temporalitatis dicitur tempore ita dicamus in casu isto ut ratione reliquiarum que remanserunt in memoriam pristine domini non est absurdum deferri imperatori ut citare possit in territorio ecclie illuz qui deliquerit in territorio imperij. Et si quispiam opponat de eo qd voluit Barto. in. l. i. h. si quis in appellatione. ff. de appella. vbi dat doctrinam ad modum sapidas dicit enim q ciuitates & comitatus & ducatus ita sunt incorporati in patrimonium libere ecclie vt pro illis terris non recognoscant osm temporale & ideo a sententia lata a iudicibus in illis terris appellabitur ad iudicem ecclesiasticum. vt in. c. romana. h. debz de appella. lib. v. facit. c. cum iohannes heremita. & quod voluit glo. ibi de fide instru. Si vero recognoscit dominum temporalem quia illas terras habet in feudum tunc appellatur ad tempore dominum directum illarum terrarum. facit quod habetur in. c. ceterum de iudi. & in. c. vesp sapra eo. ergo cum dicte terre transuerint in liberum dominum ecclie ergo imperator nihil habet in illis terris ego fateor q ecclie habeat liberum dominum & subdit reenrrat ad papaz pro iusticia nihilominus remanserunt reliquie pristine dominij ut saltem aliqualiter deferatur imperatori. & addico simile quod habetur in tex. valde singulari in. l. i. C. de adop. vbi imperium translatum fuit a populo in imperatorem & habet imperator illud dominid quod antiquitus habuit populus & nihil remansit populo. vt est tex. melior defure nihilominus defertur populo ut possit condere proprias leges & vinere proprijs legib post positis legibus imperialibus. vt probatur in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & hoc propter memoriam antiqui imperij & pactum dominij & propter hoc cessat prima solutio data a Barto. in. d. l. i. dicente q non sunt sub uno rege prouincie que sunt sub papa & prouincie que sunt sub imperatore q fateor hoc sed nihilominus atentis reliquijs pristine dominij non procedit doctrina Barto. & per consequens citare poterit imperator in terris ecclie & licet doctores communiter transeant cum illa doctrina Barto. excepto do. Abb. tamen illa fuit distinctio pauli in. d. cle. pastoralis in materia remissionis quam doctores communiter ibi reprehendunt & sic posito q illa distinctio Barto. sit vera eamen non inficit hanc meaz doctrinas quia si populo est reseruatu ut possit vinere suis legib post positis legibus imperialibus ratione pristine dominij ergo multo fortius videtur reseruari principi sus citandi delinqnentem in suo territorio vine tem in territorio pape & cum Barto. in secunda

12

solutione dicat q ideo est quia imperator tenet exhibere reverentiam pape ego fateor & probatur in. c. nouit de iudi. vnde non propter hoc debet excludi q nō possit citari in territorio pape pp memoriis antiqui dominij nec propter hoc vñ iudicari irreverens & sicut hanc considerationem non est iustum dicere q illa cle. excludat imperatorem a iure ciui di in terris ecclie nisi dicamus q ita placuit supermo iurislatori. vt in. c. si quando de rescriptis & l. i. h. pueritiam. in ver. pretor ratus. ff. de postula. & quod voluit ibi Ange. iuxta illud quod poete celebri venit in ore. Vnde cosi done si pote ciebe si vuole e piu non domadare. Ex quo sequitur q seruabitur in foro suo. vt dixit L. Petr. & Raph. Cael posset dici & dari alia solutio vñ questio posita per doctores est quando subditus accidentiter puta quia iam non subditus deliquerit in territorio imperij pp quod efficitur subditus accidentaliter deinde au fugit in territoriis ecclie op. comunis est q potest ibi citari per imperatorem. sed illa cle. loquitur in alio casu dicit. n. rex Robertus nunquam recessit de territorio ecclie nec de suo domicilio. vt decidit tex. in. d. cle. in ver. extra districtum imperij in regno sicilie notorie & continuo tempore supradicto morante & in ver. in eodez regno certum continuum & notorum domilium sub habens & in ver. extra districtum imperij consistet & sic papa videtur fundare se q rex nunquam recessit de regno suo. ergo videtur dicendum secundu si rex relicto suo domicilio venisset ad terras imperij & ibi deliquisset & postea rediisset ad proprium domicilium. tunc enim videtur vicendu q potuerit ibi citari. & per consequens ille tex. cedat cum legibus ciuilibus & per consequens non indiget alia solutio. Item pondera etiam si dici posset q. d. cle. loquitur i rege vt sit speciale propter regiam dignitatem ut non possit citari ab imperatore existens extra territorium imperij & hoc propter regiam dignitatem & in hoc deferatur regie maiestati. arg. c. quia pontificali de offi. deleg. lib. v. & l. fi. C. de intur. & l. quociens. C. de dignitatibus. lib. xii. & facit simile quod nota. in. c. quanto de iure iuri. & in. c. venerabilcm. de electio. vbi si dubitatur de periutio regum & clarissimarum personarum debet cognoscere papa & non inferior. Item pondera etiam ille tex. ponderat qualitem persone & sic videtur velle q sit speciale propter regiam maiestates. Item pondera etiam q ille tex. in. princ. dicit velle obuiare scandalis & periculis subditorum & populi christiani quasi illa cle. ponat casum speciale quando illa citatio est periculosa & scandalosa subditis regis & propter obuiandum scandalis emanavit arg. c. nihil cum scadalo de prescript. & c. si quando. & c. cum a deo de rescriptis. & c. cum teneat de preben. & per consequens ponit casum speciale ergo in contraria est ins. comune. l. ius singulare. h. & vero. ff. de legi. Mondera etiam qz tex. ibi in prin. dicit quod dam Henricum imperatorem & sic videtur q tem pora quo emanavit d. cle. erat mortuus sacerdos facile est ergo argumentare contra iaz defunctos vt dicit romanus orator in eo libro quem de senectute scriptit. Si quid boni diximus supremo principi deo sedenti super trono & agno sit deus

252

13

et gloria sempiterna. Secundo dicit ista glo. q per delictum perdit delinquens priuilegium ideo non obstatem priuilegio punietur in loco delicti. In contrarium facit autem clericus qui. C. de epis. et cleri. et c. i. de priuile. lib. vi. vbi priuilegiati delinquentes non perdant priuilegium. Soluit glo. in autem. qua in provincia. C. vbi de cri. agi oportet dupliciter. primo q per delictum perditur priuilegium sibi non autem priuilegium sui iudicis et sic facit ad. q. Donec q clericus deliquerit hic bono nre non potest declinare fororum buins ciuitatis. et psequens conueniet coram epo et si est laycus couenientur coram potestate. vbi soluit glo. ibi et secundo q p delictum perdit priuilegium non clausum in corpore iuris. secus si esset clausus in corpore iuris. Ego adduco quod pulchre voluit Barto. in liberes absens. ff. de iudi. vbi dicit q si clericus succedit layco non perdit priuilegium clausus in corpore iuris. secus si esset priuilegium sibi indultum ab episcopo per illas glo. et refert in contingencia facta ita fuisse consultum per Ly. et sic facit q generalis cassatio priuilegiorum intelligitur cassare priuilegia extraugantia. facit glo. optima in. l. ii. h. legatus. ff. de iudi. Et ex ista glo. deciditur q delegatus principis si in ca sibi delegata delinquat facit litem suam q poterit conueniri coram ordinario loci vbi deliquerit quia licet in procedendo in illa causa sit maior ipso ordinario tamen cum delinquit subiicitur ordinario fm Petr. et Ly. in. d autem. qua in provincia pro quo dicto allego glo. que alibi non reperitur in. c. fi. de rescriptis. vide q ibi plene dicta fuerunt. et adduco singula glo. fm Ange. in. l. apud de manumiss. ff. ti. generali q dicit q quilibet magistrunculus in suo territorio maior est quocunque alio et dicit ibi Ang. q potestas florentia delinquens pulsus potest damnari pulsus a iudice damno datorum quod limita nisi persona eximeretur a iurisdictione alicus quia tunc propter delictum quod committeret in loco non perderet illud priuilegium. rex est solennis in. c. i. de priuilegi. in vi. quod est bene notandum pro istis capellanis et scriptoribus et familiaribus sedis apostolice exceptis quia ratione delicti non possunt puniri in loco vbi delinquunt per indicem ordinarium illius loci sed debent remitti ad indicem contentum in suo priuilegio. Et si forte timeretur de fuga delinquentis. quia delictum fuisse atrox tunc possent carcerar per ordinarium iudicem et remitti ad eorum iudicem arguimento. h. audient. in aueten. de defensori. cinita. et c. ut fame. de senten. excom. et glo. l. nullus. C. de indeis. et istud est utile ad declarationem. l. i. C. si quacunque preditus potest. vbi in casu illo eximitur quis a iurisdictione presidis q nihilominus si ibi delinquat non poterit puniri a preside ex quo est exceptus a iurisdictione illius et est translatus in iurisdictionem alterius. quod est bene notandum. Sed ego dubito cuius expensis mittetur iste delinquens ad indicem contentum in priuilegio dic expensis petentis per id quod habetur in. l. generaliter. C. de iure iurani. et in. l. qm liberi. C. de testamen. et in. l. cum sepe. C. de erroga. militari anno. lib. xiij. et refert Bal. in. d. l. generaliter. accidisse in facto quidam condemnatus pro maleficio appellauit ad regem pe-

14

tebat se mitti ad curiam regis et opus erat remitte re eum sub custodibus dicit ibi Bald. q debuit remitti suis expensis. Facit quod voluit idem bal. in. c. nonnulli de rescriptis. vbi refert se consuluis se iusticiario apulie q delinquens remittitur ad locum vbi puniri debet expensis petentis remitti. Et adde vnum quod est celebri memoria etiā dignum in quantum dicunt scribentes q index ordinarius si est timor de fuga poterit capere delinquentem exemptum vnum quod dixit Petr. de anchara. consilio. clxxviii. per pulchras rationes quas videre ibi poteris q vbi est timor de fuga non admittitur exceptio incompetentie iudicis. vi de que dixi in rubrica supra codem. et de hoc dicto fecit festam Lodouicus romanus consilio. cc xviiij. Et etiam adde vnum quod tibi videbitur nouum in quantum dictum est de maiori delinquente in territorio minoris iudicis quia Angel. in re petitione. l. si vacantia. C. de bo. vacan. libr. x. vbi dicit q si maior iudex deponit falsum testimonium coram minore q poterit ab eo puniri quia eo ipso quod deponit coram eo videtur submittere se sibi. ergo ratione submissionis poterit puniri. l. est receptum. ff. de iurisdictione om. iudi. quod est contra Inno. et alios in. c. cu inferior de maio. et obe. Et in quantum doctores hic querunt quidam existens in loco exempto sagittat aliquem in loco non exempto vbi dicatur delinquerere effectus est magnus propter imponendam penam. Joā. an. tāgit in regula in obscuris. libro. vi. in mercurialib. et in. c. primo de priuilegi. libro. vi. Ly. et alijs in. l. prima. C. vbi de crimi. agi oportet. et Har. in. l. libellorum. ff. de accusatio. Et conclusio est debere considerari verba statuti sibi loquantur de sagittante an loquantur de percussione. unde si aliquis existens in platea sagittando percussit aliquem existensem extra plateam. Nam si dixerit de sagittante comprehenditur existens in platea. Si autem dicat de percussione attendetur locus extra plateam. dicit tamen cautelam esse debere apponi in accusatione vtriusque locum. Sed domini mens eius anima requiescat in summa pace Joannes de ahania fecit aliqua reportata tempore sue iustis ad dictam. l. libellorum. et videtur tenere contrarium quia finis percussi habet necessariam consequentiam ad principium sagittandi ergo considerabimus istum finem tanquam de principio argumento. l. damni. h. sabini. ff. de dam. infecto. l. si minor. ff. de seruis exportan. Nam in istis maleficijs inspicimus voluntatem et non exitum l. diu. ff. de siccarijs. Item dictum Barto. posset procedere si statutum referret se ad personam percussi et non percussientis. En ponenda quod simo debet attendi principium ut est casus in l. qd ait. h. fina. ff. de adulter. Querunt etiam quid si delictum fuit factum in confinibus duarum ciuitatum concidunt hic omnes quod officialis vtriusque loci poterit punire sed locis erit preventioni possent tamen conuenire indices ut simul inquirant argumento. l. arbor. ff. comu. diui. de quo per Ly. et alios in. l. prima. C. vbi de cri. agi oportet. et per Bal. in. l. iuris peritos. h. qui oriundus. ff. de excusatio. tuto. facit quod habetur in. c. licet. xvi. q. iij. et quod habetur in. c. i. de

15

tempo.ordini.libro.vi.2 in.l.si premium.C. de pre-
dijs minorum. Quid si existens hic mandavit
delictum committi Florentie vbi dicatur com-
missum hic an Florentie. dicant Florentie per.l.
si ut proponitur. ff. de fideiussor. et hoc voluit ibi
Barto. per.l. quero. ff. de solutio. hoc voluit Jo-
and. in dicta regula in obscaris.libro.vi. facit cle-
men.pastoralis.de re iudi. et quod voluit Barto.
in.l. non solum. h. si mandato. ff. de iniuri. et quod
voluit Petrus de anchara.in.c. postulasti. supra
eo. Vide elegantem tex.in.c. primo. de presumpt.
et ibi per dominum Abba. et alios. Sed pone q
delictum sicut factum Florentie. sed ego habui ra-
tum hic Bonome vbi dicar deliquisse Barto.
in dicta.l. si proponitur. dicit q hic. pro quo diecto
est glo. solennis in clemen. prima. ut lite pendente
Vide dominum Petrum in repetitione. c. postu-
lasti. supra eodem. et in.c. finali. de immuni. eccl.
domi. Abba. in dicto. c. primo. de presumptio.
Quid si ciuitas hec mittit exercitum suu
cinam et in illo exercitu quis delinquat conelu-
dunt quod sortitur forum potestatis istius ciuita-
tis mirentis per tex.in.l. pupillus. h. territorium.
ff. de verbo. signifi. hoc voluit ibi Barto. Et idem
voluit in.l. cunctos populos. C. de summa trini. et
fide catho. Quid si testis examinatur hic per
potestatem Bononiensem ad cōmissionem iudi-
cis Florentini coram quo ventilatur questio et de-
posuit falsum coram quo iudice punietur tetigit
Specu. in titulo de teste. h. primo versicu. quid si
falsum. et tenet quod punietur Florentie a iudi-
ce Florentino quia effectus huius delicti trabi-
etur ad forum cause argumento.l. contraxisse. ff. de
actio. et obligatio.l. post legatum. ff. de his qui vi
indig. alter dixit Guilelmus de cui. in auctenti.
apud eloquentissimum. C. de fide instrumen.
Do-
minus Antonius hic distinguit vtrum iste testis
deponens sciebat eius dictum debere transmitti
florentiam posset ibi paniri tanq; habuerit aliu de-
linquendi Florentie sicut est dictum supra de sa-
gittante. Si vero ignoravit tunc puniatur in loco
vbi fuit examinatus quod procedit vbi agitur de
pena falsi. Si autem ageret de pena vacillationis
aut variationis tunc attenderetur locus examina-
tionis et punietur per iudicem examinantem.l.nul-
lam. C. de testi. quod dictum placet domino Ab-
bati per clemen.pastoralis.de re iudica. et per.l. exi-
gere ditem. ff. de iudici. vbi attenditur locus ad
quem effectus destinatur. Et per hoc decidi po-
test questio de notario falsificante instrumentum
producendum ad alium locum. Et ex hoc secun-
dum dominum Abba. apperitur via ad multas
alias questiones quis locus deat apponi in libel-
lo accusatorio cu in uno loco incipiat delictu fieri
et si alio loco pficiat remittit ad bar.s. i.d.l.libelloz.
Tu adde Bald.in.d.l. nullam. vbi arguit pro
et contra in quo loco debeat puniri testis testifi-
cans falsum et finaliter decidit q iudex qui com-
misit examinationem puniet eum etiam inquiren-
do nam testimonium istius videtur etiam offendere
aures iudicis committentis examinationes
quia iudex examinans recipit vice iudicis cōmit-
tentis. ideo perinde est ac si iudex delegatus reci-
peret ex commissione iudicis ordinarij quo casu

16

certum est q ordinarius puniet autenti. de teste. h
si vero ignoti. allegat Inno.in.c. dilectus de pe.
Concludit etiam Bald. q vterq; iudex puniet
ex eo quia videtur deliquisse in loco examinatio-
nis et etiam in loco decisionis sed unica punizio-
ne punietur quia pro eodē delicto non debet quis
duplici pena conteri.e. at si clerici. h. de adulterijs
de iudic.l. senatus censuit. ff. de accusa. Ita que-
nit ibi Bald. et cum hac doctrina transidit ibi Ha-
ly. vt merus relator. Sed Bart.in.l. diuus. la se-
cunda. ff. de fal. dicit q iudex quilibet coram quo
fit talis falsitas posset punire testes. et allegat ca-
sum. d.l. nullum. postea dicit in contrariū fore tes.
in.d.l. diuus. vbi ille deum potest de falsitate pu-
nire qui alias habebat auctoritatem puniendi. ali-
as debet remittere ad maiorem iudicem et hoc pu-
nat esse verum. allegat quod habetur in autenti.
de teste in.iij.colum. et quod voluit Inno.in.c. di-
lectus de penis. Sed contra banc doctrinam q iu-
dex qui receperit eum in testem non possit cum pu-
nire allego singulare dictum Innocē.in.c. perne-
nit de fideiuss. vbi dicit q delegatus non potest
punire nisi puniat testem vacillantem aut varian-
tem coram eo pena extraordinaria. alias non po-
terit punire ex officio suo. Cum ergo doctores p-
sati dicant q iudex examinans est delegatus iudi-
cissentis. ergo non poterit punire testem
dicentem falsam et iudicio meo videtur q Bar-
to. errauerit cum allegat Inno.in.d.c. dilectus q
Inno. ibi dicit q punire potest et argu. facit. c.i. o
officio deleg. Sed Inno.in.d.c. peruenit dicit cō-
trarium q delegatus non possit punire quid di-
cendū passus iudicio meo est dubius. Dicas hoc
modo aut iudex examinans istum testem est suis
ordinarij et tunc potest cum punire ex quo testi-
ficatur falsum coram eo sed eum puniet extra or-
dinarij ex officio suo. Et iste est casus in.d.l. nul-
lam. C. de testi. et si allegetur in contrarium.l. di-
uus. ff. de fal. vbi remittit illum talem ad superio-
rem responde q ideo est quia ibi solebat ponere
aliam penam quam penam statutam per.l.corre-
liam et hoc propter similitatem criminis ideo no
potuit nisi rescribat principi. et est ille tex. mirabil-
lis et videtur deinceps in profunduz quandam ce-
lebrem doctrinam Inno. posse in.c.i. de consti-
tutio. vbi dixit q propter similitatem criminis po-
test iudex imponere seu iorem penam q impona-
tur a lege. et allegavit illum tex. Angel.in.l.nul-
lam. C. de testi. pro quo vide que late dixi in.c.i.
de consti. vbi dessendi Inno. ab illo tex. sed pe-
na ordinaria punierat a iudice committente ex-
aminationem arg. d.l. contraxisse. ff. de actio. et ob-
liga. Nec obstat q quis non debet duplice pe-
na conteri quia intelligitur de duplice pena ordi-
naria. secus si vna est ordinaria et alia extraordi-
naria. quia tunc bene poterit puniri duplice pena
probatur in dicta.l. nullum. cōtincta dicta.l. di-
uus. et potest reddi ratio optima quod vbiunque
iudex habet bassam iurisdictionem nec potest im-
ponere penam condignam delicto imponere penas
secundum metam sue potestatis. et possea impo-
netur pena condigna per alium iudicem haben-
tem ad hoc potestatem iste est tex. valde singula-
ris in.l. scds. C. de sportulis. facit quod in simili

253

voluit Bald. in. l. canetos populos. C. de summa trinitate. et fide cache. vbi dixit q̄ condemnatus de incestu ad penam carceris perpetui poterit puniri a potestate pena mortis et ideo conclusio est q̄ si est delegatus nō poterit punire. vt dixit Inno. in. d. c. peruenit nisi quatenus vacillavit et ita procedat quod voluit Inno. in. d. c. dilectus de pe. Aut est ordinarius qui ad litteras cōmittentis examinavit testem sibi subditum et tunc puniet eum extraordinarie. vt. d. l. nullum. sed pena ordinaria punietur a iudice cōmitten te argu. d. l. contraxisse. et ista videtur veritas ob missis dictis Bal. in. d. l. nulluz. Et de istis pri uilegijs delinquentium vide hic do. Anto. quē non ressero quia non est opus additione. Et in quantum Petrus de ancha. hic dixit q̄ licet de delicto alibi cōmissio non possit delinquens puniri tamen dicit q̄ aggrauat delinquentem hic delictum alibi cōmissum ponite exempluz. statuto cauetur q̄ fur non possit furcha suspendi nisi furatus fuerit valorem centum ipse furatus est Bononi. decem postea accessit M. Gutinaz et furatus est viginti. deinde accessit ferrariam et furatus est septuaginta et ibi deprehensus q̄ defendit se q̄ non possit furcha suspendi curia dicit contrarium quia furta alibi per eum cōmissa aggrauant furtum istud dominus Petrus tenet hic hanc partem et allegat Barto. in. l. si cui h. cum sacrilegiū. ff. de accusatio. vbi dicit q̄ ex furtis alibi cōmissis si faciat furtum hic non dignum furcha nihilominus suspendetur quia furta alibi commissa aggrauant et faciunt eum famosum ergo ut famosus furcha suspendetur. l. capitaliū. h. famosos. ff. d. pe. l. iii. ad fi. C. de audi. l. i. ff. de iure patro. pendet ista questio d. factio. Ego non miror de isto rigore Barto. illud quod imbibimus in annis iuuenilibus insequitur nos vsq; ad candidam senectutem dicente poeta quod noua testa capit inueterata sapit. Barto. in annis iuuenilibus fuit iudex maleficiorum imbibit illam severitatem condemnandi facinerosos insequitur eum illa severitas ut quos nō potuit perdere ore conatus est pdere calamo q̄ hic sequitur Petrus de ancha. et etiam sequitur in repetiti. c. canonum statuta de constit. et in suis reportatis in. l. fi. ff. de iurisdictione om. iudi. sequitur Bal. in auten. sed nouo iure. C. de seruis fugi. vbi allegat Jaco. de belui. in auten. vt nulli iudi. h. si quis vero comprehensorum et idem voluit idem Bal. in autenti. qui semel. C. quō et quādo iudex. Angel. in. d. auten. sed nono iure Saly. in. l. seruos. C. ad. l. iul. de vi. pub. et i d. auten. sed nouo iure idez voluit dominus Abbas in. c. i. de peni. moderni in. c. i. de clérico per cussore. Et posset allegari pro dicto Barto. dictū Odofre. Nico. de matherellis et Ly. quos refert Bald. et sequitur in. l. apud antiquos. C. de furtis. vbi dicunt famulus tuus hodie fatur tibi hodie unam rem villem et cras aliam et post cras aliam q̄ non punietur pro furto domestico sed debet puniri pro magno furto et ita dicunt limitandam esse. l. respicte. h. farta domestica. ff. de penis. et ad hoc allegant. d. l. iii. ad fi. C. de epi. audi. et d. l. capitaliū. h. famosos. et h.

161

crassatores. ff. de penis. et idem voluit Bal. in. c. primo. h. furtum. de pace iuram. firma. in usibus feudorum. in. c. de appella. infra de appella. quod dictum facit pro doctrina Barto. et ideo dicit idem Bal. in. aucten. qui semel. in septima col. C. quō et qñ iudex. Quidam pro primo homicidio soluit centū. deinde cōmisit aliud homicidiu m debeat decapitari stante statuto q̄ qui fecerit duo homicidia decapitetur. vt q̄ non debeat decapitari quia de primo homicidio satis factum est ergo non debet ulterius puniri. Nihilominus occidit contrarii quia licet primum homicidiu m sit purgatum tamen aggrauat secundum homicidium. Idem dicit si primum homicidiu m esset consumptum prescriptione quod nihilominus aggrauaret secunduz quod tene menti perpetuo ad limitationez illius singularis legis. l. lex iulia de repeten. h. finali. ff. ad. l. iul. repet. quam Bal. reputat singularem in. l. prima. C. de delict. defunc. et facit quod voluit Salyce. in dicta. l. seruorum C. ad. l. iul. de vi. publi. vbi dicit statuto cauetur quod si quis fecerit duo furtu m punitur pena furcharum. modo quidam fecit furtum extra territorium. deinde fecit furtum in territorio decidit quod debet puniri pro bino furto allegat dictam l. iii. h. si. C. de episco. audi. et Barto. in. dicta l. si cui. h. cum sacrilegiū. Nihilominus videtur quod aduersa sententia sit de iure verior. et ante omnia adduco Lancr. in sua compendiosa in octava rubrica questione quarta. vbi refert Huius de suza. tennisse contrarium. motu antē que ad hoc faciant nō vidi. Sed videſ pro hac parte tex. in aucten. qua in provincia. C. vbi de criagi oportet. vbi dicitur quod nulla prouincia in qua delinqnit illic iuri subiaceat. ergo a contrario sensu vbi non deliquit iuri non subiaceat. ergo non debet puniri de delicto alibi commiso et satis diceretur puniri si delictum alibi commisum aggrauaret delinquentem hic. quod est contra tex. dicte aucten. qua in provincia. Et adduco simile quod habetur in. c. at si clerici. i principio supra de iudi. vbi clericus non est aliquatenus condemnandus coram iudice suo de confessione facta coram iudice laico. et dicunt ibi doctores quod non tenetur in illa perseverare coram iudice suo ex quo aliquatenus non est pro illa condemnandas. Cum ergo non debeat puniri quis de delicto alibi commiso licet hic delinquat ergo sequitur quod aliquatenus non est pro illo delicto condemnandus hic ergo eum non aggrauabit tale delictum. Et admiror vehementer de Barto. quia p̄o dicto suo allegavit dictuz. h. famosos. dictam. l. capitalium. et dictam. l. iii. C. de episco. audi. et nihil de hoc dicit nec etiam in dicta. l. iii. de episco. audi. Adduco etiam contra Barto. quod in materia penali multe summe date in diversis sententijs non coaceruantur ut faciant unam summam ad hoc ut quis punitur pro illa summa ergo multo minus coaceruaret et coadunari debent plura furtu m ad hoc ut dicatur fecisse furtum dignum morte. unde glo. multum singularis in. l. vbi fideiussor. ff. de solatio. vult q̄ si statutum disponat q̄ condemnatus in centum po-

19

natur in banno et aliquis fuit condemnatus in quinqua
gita per unam sententiam. et per aliam sententiam
fuit condemnatus in alijs quinquaginta qd non pote-
runt coadunari ut ponatur in banno perinde ac
si condemnatus fuisset in centum. et ideo refert Ange. in prima constitutione ssor. **L**y. dicere statu-
to cauebat qd si quis receptauerit bannitum octo
diebus ponatur in banno. Et quidaz receptauit
bannitum quinqz diebus postea recessit. sed de-
inde rediit et receptauit eum tribus diebus. deci-
dit qd non poterit puniri pena statuti quia illa te-
pora non debent coaceruari ad iniurias. et allegat
glo. in dicta. l. vbi fideiussor. facit quod dixit idem
Ange. in. l. fi. §. quotiens. ff. de publica. vbi dicit
statuto cauetur qd si quis steterit in carcere p annu
relaxetur. et aliquis stetit in carcere sex mensibus
et fuit liberatus. postea reductus est ad carceres
et ibi stetit sex alijs mensibus qd non gaudet bene
ficio statuti quia illa duo sex mestria non debent
coadunari ut habeantur pro anno. et allegat glo.
singularem dicte. l. vbi fideiussor. facit quod vo
luit idem Ange. in. l. si idem cum eodem. ff. de iuri
risdic. om. iudi. et in. l. ij. §. sed si duo. ff. de condi
institu. et in. l. si plures. ff. de pactis. et in. l. iutius.
§. qui habebat. ff. ad trebel. vbi ponit pulchra di
cta tenendo semper glo. dicte. l. fi. vbi fideiussor
idem voluit Bal. in. c. in omni negotio. de testi.
et in. c. capellanus. de fesi. s. et in. l. ij. §. sed si duo.
ff. de cond. insti. Et adduci posset simile quando
sunt plures donationes que insinante non sunt
vtrum debeant coaceruari et reputari una dona
tio ad hoc ut dicat non insinuata et decidit qd non
facit quod voluit idem Bal. in. l. sancimus. §. si
quis autem. C. de dona. et quod volunt ibi Bal.
et quod voluit Ange. in. l. si plures. ff. de pactis. et
Petrus de ancha. et Jo. de imo. in. c. penulti. de
donatio. et quod voluit Barto. in. dicta. l. fide
iussor. et in. dicta. l. ij. §. sed si duo. de cond. insti.
et in. l. fi. §. quotiens. ff. de publica. vbi loquitur
de monacho qui stetit per sex menses in monaste
rio et postea recessit et rediens stetit per alios sex
menses vtrum coniungantur illa tempora ut vi
deatur stetisse per annum. et per Specu. de statu
mona. §. primo. versi. xxxix. Archidi. in. c. non so
lum. de regula. libro. vi. Joannes de ligna. in cle
men. eos. de regula. dominus Abbas post alios
in. c. ad apostolicam. de regula. et quod voluit Jo
annes and. in. c. cum contumacia. de hereti. libro
vi. vbi loquitur de eo qui stetit contumax per sex
menses. et postea per alios sex menses stetit con
tumax vtrum illa tempora debeant coniungi ut
dicatur stetisse per annum contumax. Et si quis
piam opponat de eo quod habetur in. l. paulus.
§. gaius. ff. de liber. causa. vbi iniunctum fuit ser
uo quod si seruiret heredi per annum conseque
retur libertatem. ipse seruit per sex menses et re
cessit deinde rediit et seruit alijs sex mensibus
quod consequitur libertatem quia illa tempora
coadunantur ad indicem. et sic videtur ibi proba
ri doctrina Barto. quia ad hoc respondeo illud
esse speciale favore libertatis. et allegat illuz tex.
pro singulari Ange. in repetitione. l. si insulam. ff.
de verbo. obliga. ergo sequitur qd in contrarium
est ius commune. l. ius singulare. l. quod no. ff. de

20

legi. **E**t si quispiam etiam opponeret qd textu
multum peregrino in. l. fi. ssive abigens. vbi dicit
qd si quis furatur vnum animal grossum hodie et
cras furatur aliud et postcras aliud qd panierit ut
abigens. et sic plura furta insimul accumulantur
et iudicio meo non posset allegari tex. melior si in
re pro opinione Barto. et sunt ultra annos. xxx.
quibus illum tex. didici a quodam scholare licet
Ludo. roma. in. l. si idem cum eodem. ff. de iuri
om. iudi. dicat illum tex. non fuisse allegatum ab
aliquo nisi a se et per illum tex. dicit confundi il
las doctrinas doctorum et glo in dicta. l. vbi fi
deiussor. **S**ed tu responde ad tex. illuz non ob
stare ex eo quia emanavit ad tollendam fraudem
que circa hoc fieri poterat quia ut quis non pu
niretur ut abigens non furabatur plura anima
lia insimul sed hodie furabatur vndz cras aliud
ideo lex ad tollendam istam fraudem disposita
ut plura insimul contingantur licet internallum
temporis intercinerit inter illa furta. Sed in ca
sa nostro cessat illa fraus. ideo non debent coad
unari plura furta insimul facta in diversis terri
torijs facit tex. in. c. primo de vita et bone. cleric.
libr. vi. vbi Dominicus post Jo. and. dicit quod
vbi a lege apponitur pena et tempus intelligitur
de tempore continuo et non interpellato faciat qd
volunt scribentes iu. c. cum dilectus. de cau. pos
sessi. et proprie. Nec obstat dicta. l. capitaliz. §.
famosos. ff. de penis. quia non dicit id ad quod
eam allegavit Barto. Primo loquitur in la
tronibus et non loquitur in furibus. ergo non de
bet extendi ad fures. Secundo dicitur ibi quod
in his locis vbi crassati sunt furca suspensi. et
sic referendo singula singulis ille tex. loquitur de
latrone faciente multa latrocinia in eodem loco
quia cum dicit qd debet furca suspensi in loco
vbi est crassatus. loquitur de faciente plura la
trocinia in eodem loco non in diversis. Sed ca
sus noster est quando in diversis territorijs. et sic
sequitur qd ille tex. non probat doctrinam Bar.
Et vnum pondera ad illum tex. quod tibi vi
debitur celebre qd latrones famosi debent furca
suspensi. et debent in furcis remanere. et non tol
li de furca. quod probat tex. ibi in versi. et con
spectu eorum torrentur ab eisdemqz facinoribus
et ideo contra dispositionem iuris est ut deponan
tur a furca. Et vide Bal. pro dicto. §. famosos
in. c. primo. §. iniurie. de pace iuramen. firma. et
domini Cardi. in. c. i. de rapto. et per scribentes
in. c. inter alia. de imm. ecclesi. **N**eobstat. l.
ij. C. de episco. audi. Primo loquitur in homi
cida in raptore virginum incestuoso venefico et i
reo criminis lese maiestatis. et sic non loquitur in
fure. Secundo loquitur in eo cui fuit concessa in
dulgentia primi homicidi quo casu si iterum fa
ciat simile scelus non proderit sibi illa prima in
dulgentia nec secunda indulgentia si non fuit fa
cta mentio de prima indulgentia. videtur enim
habere consuetudinem faciendi simile delictum
Sed iste non est casus noster quia licet fur au
gerit de uno territorio non propter hoc est sibi re
missum illud furtum. unde poterit de illo furto pa
niri. est tamen dicta. l. ij. multum singularis ad
restrictionem. l. lex iulia de repetendis. §. fina. ff.

ad l. ful. repe. vbi si quis fecit homicidium et ex dispositione statuti elapso certo tempore paniri non possit ut est statutum hic Bononie quod nihilominus si facit simile delictum nocebit sibi illud delictum iam prescriptum aggrauando eum ut puniatur pro duplice homicidio. quod obliuioni non tradas. Nec obstat. l. i. ff. de iure patro. quia nihil facit. et sic opinio Barto. non videtur esse vera. Et si recte ponderetur videtur contra istum tex. hodie tamen potestates terrarum inhiiantes sanguini humano puniunt furem pena furti si alibi fecerit alia furti quod facere non deberent. et melius facerent abstinere se a sanguine humano iuxta illud quod habetur in prima Tragedia Iudex fatus sanguine humano abstine scelerat tractat maiorem nostra. Et in quantum superius allegati Jo. and. in dicto. c. in obscuris. et in dicta. l. libel lorum. adde Bal. in. l. si quis non dicam rapere. C. de episco. et cleric. vbi ponit questionem disputatam per Jaco. butri. Statuto cauetur quod villa teneatur capere malefactores ne fiat robarie modo quidam fuit captus et ligatus super equo in villa Onzolle et ductus et robatus in villa Paganicali dubitatum fuit que villa teneretur ad emendationem et decidit quod utraq; villa tenetur quia utraq; est in culpa et quodammodo delictum censetur continentum in eodem territorio Bal. dicit se addere tex. et glo. ultra iura Jaco. butri. in l. i. h. idem Julianus. ff. de vi et vi arma. Induit etiam ad aliam questionem Puella quedam fuit capta in territorio Bononie et ducta et cognita in territorio Mutinensi. decidit quod in utroque territorio poterit puniri. sed melior erit conditio preuenientis allegat Joa. and. in dicto. c. in obscuris. dicit tam quod istud non seruatur de consuetudine sive unusquisque punit quia unusquisque recipit iniuriam. et non est eadem bursa fiscalis allegat. l. eum qui nocentem. h. si nupra. ff. de iniuri. Tu allega optimum et elegantem tex. in. l. si quis in hoc genus. C. de episco. et cleric. Et ista menti commendat. Tertio collige ex ista glo. quod ex delicto alibi commisso possit delinquens conueniri in suo domicilio vel vbi inuenitur quo ad primum domicilium recte loquitur glo. de quo si c. cum contingat. supra es. vide que ibi dixi. Sed quo ad secundum quod possit conueniri ibi vbi inuenitur ista sunt verba tex. l. i. C. vbi de crisi. agi oportet. vbi tex. ita loquitur formaliter. sed exponebit duplicitate. Primo si inuenitur ibi vbi habet domicilium. Alio modo exponitur vbi inuenitur videlicet vagabundus. et sic restringitur quo ad vagabundum ut vagabundus possit conueniri ibi vbi inuenitur ut habetur in aucten. ut nulli iudicium. h. si quis vero comprehensorum. et de eo potest intelligi illa auctoritas vbi te inuenero ibi te iudicabo. Vel potest intelligi in papa et imperatore qui habet iurisdictionem per universum orbem. ix. q. iii. c. cuieta per mundum. xvi. distin. c. si imperator. secus in alijs iudicibus quorum iurisdictione limitatur territorio qui non possunt punire delicta alibi commissa ex quo in eorum territorio non habent domicilia. Quis autem dicatur vagabundus habetur per glo. i. l. iiiij. h. pretor ait. ff. de dam. infec. et in. l. eius. ff. ad munici-

22
22
et in. l. h. cni. ff. de accusatio. et in. l. heres absens. h. i. ff. de iudi. Vide que plene dixi in commento. c. postulasti. supra. eo. Nota etiam ex eadet glo. quod in atrocioribus remittitur delinquens ad locum delicti. vide que late dixi in dicto. c. postulasti. Expedita est glo. i. Latio secundum que querit quomodo capitul hic contractus ratione cuiusquis sortitur forum. Glo. dicit quod capitul largissime siue sit verus contractus sine quasi contractus vel aliud unde obligatio nascatur. l. heres absens. h. i. et l. omnem obligationem. ff. de iudiciis. Nam proprius contractus dicitur quando hinc inde nascentur obligatio ex parte utriusque contrahentis ut in contractu emptionis et venditionis. et in contractu locationis et conductionis et simili. tex est melior de iure in. l. labeo. ff. de verbo. signific. Tamen quo ad sortiendum forum non capitul sic stricte hic. sufficit enim quod nascatur aliqua obligatio ex parte unius duntaxat ut in dicta. l. heres absens. h. i. et in dicta. l. omnem obligationem. Et aliud non dicunt doctores hic. Et pro certo glo. hanc reputo singularem et est ampliatio obliuioni non tradenda ad. c. romana. h. contrahentes. eo. titulo. libro. vi. ut licet loquatur in contractu extendetur ad quasi contractum per hanc gl. Et hoc voluit Pde. de anchora. in dicto. h. contrahentes. et adduco glo. in aucten. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. vbi illa aucten. ponit casum exorbitantem a iure et loquitur in contractu. et nihilominus glo ibi extendit ad quasi contractum. et cum illa glo. transiunt ibi omnes et dicunt illud procedere fauore anime. et cum illa glo. transiunt docentes in. c. cum contingat. d. iure iuriran. et dicunt illam esse singularem et unicam. Sed iudicio meo male faciunt restringere illam glo. ad fauorem anime. quia hic non agitur de fauore anime. et nihilominus glo. vult quod lex loquens de contractu exrendatur ad quasi contractum. Et adduco glo. solennem. l. i. h. per contrarium. ff. de contraria tutele actione. que dicit quod dicta aucten. sacramenta puberum. loquens in contractu habet locum in liberatione sicut in vero contractu. Ex qua glo. sequitur quod minor poterit renunciare et refutare cum iuramento. quod est mirandum ut ius exorbitans loquens in contractu habeat locum in refutatione. hodie tamen est causa in. c. quavis. de pactis in. vi. Et adduco etiam glo. in. c. i. h. hec aucten sacramenta. de pace iura. firma. in. v. sibus feudorum. que idem voluit. Et adduco glo. multum singularem in. l. i. in glo. magna. ff. de actio. et obligatio. que voluit quod quodlibet pactum est contractus ex quo sequitur unus sempererna memoria dignum quod dicta aucten. sacramenta puberum. et statuta et similia loquentia de contractu habebunt locum in pacto et per consequens habebunt locum in quasi contractu. Ad duco etiam singularem glo. in clemen. auditor. d. rescriptis. vbi ille tex. loquitur in beneficio debito. et ponit illa clemen. casum exorbitantem a contractu. et nihilominus regulis. et nihilominus dicit ibi glosa. quod habet locum in beneficio quasi debito quod nota perpetuo quia non bene dixit glo. nec Barto. in dicta aucten. sacramenta puberum. in quantum restringit tex. illam ad fauorem anime. Ad-

23

Autem etiam elegantem doctrinam Barto. in.l.
§. C. de litig. vbi dicit qd aucten. litigiosa ibi po-
sita loquens de dominio habet locum in quasi do-
minio. et tamen illa aucten. est correctoria. et addu-
co quod Hal. nostro venit in ore in rubrica. C.
de pactis. vbi dicit statuto cauetur qd quis non
possit contrahere sine certa solennitate utrum pos-
sit renunciare vel pacisci sine solennitate decidit
qd sic quia renunciare et pacisci sunt quasi contra-
ctus. et voluit quod statutum loquens de contra-
ctu habeat locum in quasi contractu. Et addu-
co quod sapienter voluit Barto. in.l. more. ff. de
acquiren. heredi. vbi dicit statutum prohibet ut
mulier non possit contrahere sine certa solennita-
te. et ipsa vult adire hereditatem sine illa solenni-
tate quod non poterit quia adest videtur qua-
si contrahere cum creditoribus et legatariis here-
ditariis. ideo requiritur illa solennitas in quasi
contractu licet aliter videatur voluisse idem Bar-
to. in.l. apud iulianum. §. finali. ff. ex quibus cau-
in possessio. eatur. de quo vide Angelum et alios i
l. nutum. §. i. ff. de acquiren. heredi. Lodo. roma.
et alios in dicta. l. more. domi. Abb. in.c. qua fratre.
de appellatio. et per Albericum de rosa. in tra-
ctatu statutorum in prima parte questione cente-
sima quinta. Et consuluit Ange. in ciuitate An-
chone vbi erat hereditas quedam opulenta qd
potuit adire sine illa solennitate ex quo re vera no
obligabatur. vide in suis consilijs prope finem. et
ego dixi multum plene in dicta. l. nutum. §. i. sanc-
ta ann. xxiiij. vide ibi osno si habes. Et adduco
quod voluit do. Abb. in.c. post cessionem. de pro-
batio. vbi dicit qd si no creditur litteris episcopi
in quasi contractu qd non crederet litteris episcopi
in contractu. et sic arguit de uno ad reliquis. glo-
rāmen que reputatur singularis in.c. decet. d. im-
mn. eccl. li. vi. dicit qd ille tex. loquitur i iudicis
et sic in quasi contractibus qd non habet locum in
contractibus. Sed respondere potes qd loquistur
in materia penali quia nullatio actus pena est
c. si religiosus. in.v. in penam iuribus vacue ele-
ctio. de elec. li. vi. Secundo glo. querit verum
ratione contractus possit quis conueniri in loco
vbi contraxit. et decidit qd sic per iura allegata i ea.
Sed limita si de proximo non erat inde recessur
ut quia habebat ibi stationem secus si contraxit
ut viator quia tunc non posset conueniri in loco
contractus ita probat in.c. romana. §. nec citia. eo-
ti. li. vi. et in dicta. l. heres absens. §. si quis tute-
lam. nisi contrahens ignorasset istum esse viato-
rem. et presumitur ignorasse si incedebat ut unus
civis argumento. l. si quis ignorans. ff. loca. et c.
si vero. de sent. excom. Ita eleganter dixit Barto.
in dicta. l. heres absens. et cum hoc dicto transit
hic domi. Anto. et alii. Sed ego adduco contra
hanc doctrinam Hal. in loco extraneo in repeti-
tione rubrice. C. de revocan. his que in frau. cre-
dito. in. nona col. vbi dixit contraxi cum aduena
et sic scire debebam eum esse recessurum nunquam
eum recendentem possum capere. Refert Barto.
dicere qd non quia nihil mutatum est ut. li. si credi-
tores. de privile. credi. et ex prouiso incidit in peri-
culum non ex improuiso. Item persona eius ap-
probanti et ideo nisi ex noua causa reprobare non

29

possum. I. arbitro. ff. qui satisda. cogan. Baldus
ibi tenet contrarium et mouetur quia non debet
credere eum recessurum anteq mibi satisfaceret
nisi esset habita fides de soluendo in domicilio
ipsius debitoris. et hoc ne detur materia aufuge
di cum re aliena. l. si legationis. ff. de iudici. non
eniz videtur creditor cogitasse de fuga cu re sua
quia id quod sapit delictum nunq includitur in
genere permissionum. Item cum versetur turpi-
tudo ex parte solius debitoris no videtur hoc co-
cessum licet enim solus recessus non sit turpis ta-
men recedere cum pecunia que ad me spectat be-
ne est turpe. l. i. C. vt nemo iniustus. non enim de-
bet quis furtive recedere. et ita residet damnato
dcō Bar. Sed Lodo. roma. in.l. ii. ff. soluto ma-
refert istud dictum Hal. contra doctrinā Bar.
et dicit sibi placere et cogetur secundum eum iste
forensis prestare nudam cautionem quia diffi-
cile erit sibi reperire fideiussores per id quod vo-
luit glo. in.l. ij. §. sed si dubitetur. ff. de iudi. ideo
dabit nudam cautionem. Tu pondera quia nu-
da cautio est sine fideiussore vel pignore et no est
nuda ab obligatione bonorum ut pulchre dixit
Barto. in.l. si prius. ff. de ope. no. nunci. Nec est
nuda ab impositione pene ut voluit glo. in dicto
§. sed si dubitetur. nibilomin' non prouidetur in-
demnitati venditoris. et sic non est tenenda ista
concordia Lodo. Hibi videtur qd de equita-
te. procedat doctrina Hal. sed de rigore proce-
dat doctrina Barto. ex quo ille contraxit in for-
ma viatoris pnta quia habebat pileum in capite
et oreas i pedibus et calcaria debuit esse cautus
venditor preedicere sibi de precio soluendo ibi.
Et limita nisi verisimiliter videatur esse actum
quod contractus impleatur statim quia emi e-
quum a viatore et solvi precium quia verisimili-
ter videtur actum quod incōtinenti tradat mihi
equum alias possum eum conuenire hic secundū
Barto. ibi et ideo videtur secundum do. Anto.
qd si conduxi aduocatum hic Bononie ut veniat
Florentiam. et dic ut hic per eum licet ali⁹ dicat
d. §. nec etiam. Limitat etiam do. Anto. nisi vi-
tor esset subiectus ratione iurisdictionis sed ex in-
ribus priuilegiis non posset ibi conueniri. quia tuc
ex contractu a tali transeunte facto tollitur ins
priuilegiis. et allegat. l. s. §. sed si agant. et bene fa-
cit. §. oīms. ff. de iudici. et ita dicit se ampliare. c. i.
de priuilegi. in sexto. et ideo dicit quod si exem-
ptus a iurisdictione ordinarij iudicis ex priuile-
gio ut viator in loco iudicis ordinarij poterit
ibi conueniri. quia facilius tollitur priuilegium
quam creetur habitus iurisdictionis. quod non
placet domino Abbati quia ex quo ut viator con-
traxit est contra rationem dicit. l. heres absens.
ut ibi conueniatur. et contra rationem dicit. c. cō-
trahentes. §. nec etiam. Et monetur maiorem
potestatez habet archiepiscopus in subditos suo
rum suffraganeorum quam habeat episcopus in
exemptos ut patet ex notatis in.c. pastoralis. de
offic. ordina. et in.c. significasti. supra eo. et tamen
subditus suffraganei contrahens ut viator in lo-
co metropolitani. non potest ibi conueniri ut in
dicto. §. nec etiā. ergo multo fortius exemptus
contrahens ut viator non poterit ibi conueniri.

25

CHez obstat dictus. s. ohs. et dictus. s. sed si
agant. l. i. ff. de iudi. quia loquuntur in eo qui est
omnino subiectus. et qui poterat ibi conueniri ra-
tione contractus licet habeat ius reuocandi do-
mum quod ius reuocandi cessat quando volun-
tarie contraxit secns est in exempto qui habet
ius declinandi cum sit subiectus. Et est differen-
tia inter ius reuocandi domum et ius declinandi
